



Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesu Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,
Conciliorum, Cardinalium, Antistitutum, nec non
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

Gomez, Cristobal

Antverpiæ, 1681

Alter Indiæ Orientalis n. 8

urn:nbn:de:hbz:466:1-38486

nam his hominibus opem ferendam , plus esse illos vnos, quam omnes aliorum Ordinum familias : propeque illud affirmare ausim , pluris interesse Reipublicæ illos esse in his terris, quam Regios ipsos Auditores. Ita ille in citata Imag. I. sacer. Soc. lib. 5. cap. 11. fol. 679. Benevolentia hic error , & excessus amoris est erga Societatem , quam nos omnium Religionum minimam profitemur.

8. A PRÆTORE INDIAE, Ad Regem Lusitanum his ipsis verbis inter alia scribente : Si totas quam primum Indias cerne-re Christianas cuperet, quam plurimos curaret eiusmodi de Societate mittendos. Tam præclarum Societati nomen primo-rum Patrum virtute , & industria partum in Orientali India. Ita Par. 1. Hist. Soc. lib. 4. num. 73.

9. * AB HYACINTHO DE LARIS Equite Iacobæo, Gu- Commen-
bernatore Fluminis Argentei , seu Portus Bonaeiræ, in Epistola ad dantur Re-
Gubernatorem Paraquaria D. Didacum de Escobar , è fluui Para- ductiones
nensi conscripta , dum Visitationi Reductionum nostrarum vacaret. Paraqua-
riæ.
Inueni (inquit) istas Indorum Reductiones Societatis IESV Ex labori-
laboribus prope infinitis partas, earum Templa, & diuinum bus prope
cultum adeo firmum & constantem, tantoque cum splen- infinitis.
dore, quantum videre est in Ciuitatibus antiquis frequenti
populo, omniq[ue] politia Christiana conspicuis : multam or-
namentorum sacrorum , sacrarum Imaginum, sacrariorum,
æditiorum, Cantorum, & omnis generis musicorum instru-
mentorum supellecilem admiratus sum : sed in primis hos
Neophytes tam belle institutos, pios, diuino & Regio ob-
sequio adeò addictos, tam absque querela, molestia, & vexa-
tione villa , vt nihil ultra desiderari possit. Ceterum quod ad
arma attinet iudico magni momenti esse , quod aëtum est,
& agitur pro propria, & necessaria defensione Regiæ ditionis
huius, aduersus excursiones , & impetus Lusitanorum , seu
Brasilensium ex oppido sancti Pauli. Sunt etenim isti Indi in
omni armorum genere, tum Sagittarum, tum catapultarum
vsa

Quam sint
utiles ad
India con-
uerzionem.

Ex labori-
bus prope
infinitis.

Ex Tem-
plorum
ornatu: &
Musicorum
cantu.

Ex Indo-
rum subje-
ctione Deo,
& Regi.